

NICOLAI
VVEIDNER CANONICI
VVratislauieñ. Catholicum car-
men, ad Philippum Me-
lanchthonem.


Solideo gloria,

PAVLVS DE OBERSTAIN

Carnus Prepositus Viennæ, Nicolao Vœid

ner Canonicu Vuratislauieñ,

S. P. D.



Verum illud profecto est, nescire hominem quid cōducat, lētabar ego aliquot ab hinc annis, & Germaniae nostræ gratulabar, q̄ in ea literarum studia florere cōpīsſent. Sperabamq̄ breui fore, qui politiora studia & ardoreſ iuuenum cernebam, ut ne Italię quidem in his cederemus. Verum ea laus, si modo eam consecuti sumus, contigit mala mercede; nam dum prophanas literas excoluimus, sacras siue ammisimus, siue polluimus; & cum primum fari eleganter cōpīmūs, linguaṁ in religione, in ſacras ceremonias tot ſeculis tam pie cultas in ſanctos, in ipſum deniq̄ Iesum Christum ſaluatorem noſtrum impie conuertimus; ex quo quæ calamitas consecuta iam ſit, tot hominum milibus interfectis experti sumus, & imminent, niſi nos deus respiciat, grauiora. Hęc ego mērens cum mecum repuſtarem, oblati ſunt uersiculi a te scripti hęc eadem deplorantes, quos cū legiſtem mirifice his oblectatus, quibusuis amicis obuijs, liberaliter communicaui: qui cū eos probarent & immodicis efferrent laudibus, non inutile fore iudicantes, ſi in complurimorū manus peruenirent, eorum etiam quos detestantur, quo ſcilicet boni gauderent, improbi affigerentur, nam diſsimulet ut uelit quicq̄, mens tamen conſciā ſceleris torquetur: uifum eſt eos prælo committere, hocq̄ iuriſ de amicicia noſtra mihi ſumpti, ut te in conſulto carmen hoc tuū æderem, nec hac re quicq̄

A ij

quam oneris tibi impositum esse iudica ui: nam siue
editionem probes ea tibi contigerit sine tua cura, siue
improbos mihi ipsi attribues, tu uero liber eris, atq; in-
tegrum tibi erit opusculum reuocare, idq; siue exor-
nes siue adaugeas, & cumulatius reddas, siue aliquo
alio(nam quæ fœcunditas est ingenij, scio te non ces-
saturum) locupletatum edas, quicquid futurum est,
boni consules, & tē cumbonis uitris esse gaudebis, ac
me ut soles amabis. Vale, Auguste Vindelicorum
Idib, Nouembris, Anno domini, M. D. XXX.

NICOLAI VVEIDNER CANO
nici VV ratislauieñ, Catholicū Carmen, in Phi-
lippi Melanchthonis Epistolam, ad sere-
niss, Ferdinandum Hungariæ
& Bohemiæ &c, Regem.

Sero sapiſ nimium sero, mi docte Melanchthon.
Qui ſub naufragij tempore poſcis opem
Tempus erat quo te tantæ admonuere ruinae
Plurima doctorum candida ſcripta uirum.
Ceca ſed ambitio, liuor, iuuenilis & ardor,
Præcipiti nimium te rapuere gradi,
Tunc poterat cunctas Germania uincere gentes.
Et Mahometanam ſpernere clara manum
Quum Christi populus frugi, concorditer unum
Senit, & in uera religione fuit,
At poſtq; ſcioli totidem ſcelerumq; magistri
Sunt ausi ſacros dilacerare patres.
Vasaq; pollutiſ manibus tractare ſacrata
Et ferre ad populum myſtica queq; rudem
Tunc uirtus ſine honore fuit, coepitq; tumultu
Extingui zelus relligioq; ſimul.

Hinc

Hinc ſectas miraſq; fouet Germania turbas
Et ſtolidus quiſquis ex nouitate ſapit
Inde tot etrores, quot ſunt Iouis arbore glandes
Quot tenet Hercinium robora uasta nemus
Iam fruſtra queritur de ſeditione Cethagus
A dpellans facta proditione patres
Nempe malum hoc nemo niſi tuq; tuuſq; magiſter
Lutherus, noſtras uexit in uſq; plagaſ
Dum ſic quiemq; ſuo iuuat indulgere furori
Tu uenti flatu ille carina fuſit,
O ſcelix ſiuos nunq; Germania noſſet
Staret priſca fides inuiolata patrum
Non ſua crudeles liquiſſent rura coloni
Quos uoſeres gladijs poſt habuiſſe iuuat
Taliter in cedēs hos non armasset Erynnis
Nunq; templa deum ſic ſpoliata ſorcent
Clauſtris caſtus honos mansiſſet & undiq; uotis
Relligio monachis uirginibusq; pudor
Velatam rurus nunquam duxiſſet, & inde
In ſacru Veneris non coluiſſet agrum
Adde q; e ueltris quoq; ſint penetralibus orti
Qui pani Christi corpuſ in eſſe negant
Quo diuum ſtatua iuuat, & monumenta piorum
Sternere, & ingratis imposuisse rogiſ
Iam fruſtra quereriſ tanto ſub turbine rerum
Cum ſtudijs artes interiſſe bonas.
Nempe bonas artes diſcret Germania iuuentus
Quo pereat ſacre relligionis honos
Scilicet ut doleat Myſtes ut ſqualleat aral
Ut templum pecudum ſic quoq; ſiat h
Heu q; uera nimis Seneca ſentencia magiſ
Coepimus ut docti, coepimus uelle mali
A ij

Non sic prisca patrum fecit solertia quondam
 Quæ uirtute sua protulit imperium
 Nam stidei clypeus non ensis grammata doctis
 Et non dissidijs, sed nota pacis erant
 Fortiter occumbit scelis Catilina supino
 Corpo, pro patria si cadit ille sua
 Sic te nemo negat calamo scripsisse diserto
 Non contra, sed si pro pietate facit
 Mirantur multi tam nobile tamq; beatum
 Ingenium, rebus sic studuisse nouis
 Hoc gemit Emserus, Coelius, Rostensis, Erasmus
 Hoc facundus agit ille Todescus idem
 Sistepes Helenen est formosissima, propter
 Quā, manibus Danaum Pergama uicta cadunt
 Si Milo spectetur, q̄ sit fortissimus idem
 Fortis in excidium, perniciemq; sui
 Sic caueas ne te doctrinæ fallat abusus
 Neu sis Germanis doctus in interitum
 Est de Romanis uanum iactare triumphos
 Seu tu Quintilium siue Nerona canas
 Vicius, & frustra Venetos, & lilia Galli
 Si foris hostis erit dissidiumq; domi
 Sic Romana manus periere & punica regna
 Greco, rūq; simul concidit imperium
 Mos est Thurcarum dirupta capeſſere ſceptra
 Et diſciſſa ſuo ſubdere regna iugo
 Atq; utinam inuentos abeant mea uerba, tuumq;
 Eueniat uotum, quod Daniele refers
 Sed uereor ne nos neglectae religionis
 Interea penis Iupiter ipſe premat
 Irato uero deo tibi quiq; tuoc; ſodalii
 Indulſere diu, fulmina missa cadant

Sed

Sed iam certa tibi cogatur synodus optas
 Synodus afflictis optima temporibus
 Quo proferre ſuum ualeat pars altera dogma
 Dogmata de Stigio iam patefacta lacu
 Dogmata quæ a sanctis patribus damnata fuere
 Denuo Thartareo nunc reuocata foro
 Hunc tamen eſſe iocum (Reges depoſcere) ueſtrū
 Arbitror, & magnos ludificare duces
 Quum decreta prius flammis dederitis inquis
 Pontificumq; ſacrum dilaceratſis opus
 Quando nemo patrum non ſit proſciſſus abunde
 A uerſtra ſaluuſ possit ut eſſe nota
 Ac uelut in uobis omnis sapientia Solis
 Ex proprioq; ſinu tota Minerua foret
 Nil reſtat niſi q̄ petiſſiam ſigna uidere
 Vix aliud dabitur, quam tulit Hussæ ſibi
 Sed quis opem tibi iam feret o Germania Regum
 Quum uelit ingenio cædere nemo ſuo
 Tantaq; libertas perſtringat pectora, nunquam
 Ut fuerit grauior ſeruitus illa tibi
 Vnde Catenato poteris procedere Rheno
 Hostibus atq; tuis iam dare terga queas
 Hęc dare ſic placuit tibi nunc responſa Philippe
 Illi, Germanos te mage quiſquis amat
 Inuicem euentum melius perpendere cura.
 Viq; alios oportet ipſe ualere, Vale.

Solideo Gloria,
 M.D:XXXI.

EIVSDEM AD

SUPRA MEMORATVM REGEM,
Religionis Querimonia.

Hanc tibi Religio Rex Ferdinande salutem
 Mitto dolens, sine quo vix datur ulla mihi
 Siclaceras contusa genas (quod cernis) ut ipsam
 Me paganisnum Barbariemq; putes.
 Squallida facta comas & monstro turpior omni,
 Hostibus ut iam sim uel miseranda meis
 Heu miseram, qualem narrant haud taliter unq;
 Vllius ante pedes procubuisse Ducis.
 Illa ego quæ quondam tenui tot regna tot vrbes
 Et cui tam reuerens nomen in orbe fuit
 Illa ego quæ Christi docui tot sacula legem
 Excoluiq; rudes agnitione Dei
 Exulegens longæ cogor perferré Sene &c.
 Tedia, pro meritis damnaq; terre meis.
 En pia religio, Regum turbata sub alas
 Configio misere, præfidiumq; peto
 Sic mentita mihi male me germana fatigat,
 Hæresis est illi nomen, alumna stigis.
 Docta, loquax, rixas semper studiofa mouere
 Blanda, calumniatrix, impietatis hera
 Ista sui similes quondam submisit atroces
 (Quinie certarent vel iugulare) uitios
 Arion, Euthicen, Montanū, Nestora, Pyrrhum
 Atq; alias quorum styx habet atra dies
 Me tamen omnipotens Christus seruauit in ista
 Tempora, sim regnis attenuata licet
 Hoc illi in primis, est qui super omnia sanctus,
 Acceptum refero, Principibusq; piis

Sic postq;

Sic postq; Libyæme deturba nit ab oris
 Atq; Asiae, pars est tertia culta mihi.
 Hic iterum insidias falsæ sum experta Sororis
 Mesta nouerales uitinq; dolunq; simul.
 Nempe Boemorum tenui clarissima regna,
 Adferimus testes dituta templa deum.
 Inuidiosa nimis Vicleff Husaq; subornat
 Et Zischkan cui non alter ocellus erat,
 Qui linguis illi rabidis, furit iste tumultu
 Inferrentq; simul uulnera dira mihi
 Haec tenus horrendam populus gemit ille ruinam
 Meq; peregrinari non rediisse dolet
 Ast ubi iam Centum reges concessa per annos,
 Esset & in modico, pax, satiesq; mihi
 En nouus exoritur claro sub Principe turbo
 Qui pridem fidei uera columna fuit
 Saxonica de gente satus, quam Karole uictor
 Magne, piam Christi cogis adire fidem
 Hunc malus exagitat Monachus patre demoniore
 Deterior uel quam Sergius ille fuit
 Qui Mahometanæ suggessit tela pharetræ
 Impius in Christum perfidiaq; nocevis
 Cui simul accessit doctissimus ipse Melanchthon
 Idem si pariter & bonus, else queat.
 Iam cessent Musæ, ualeant & Apollinis artes
 Nam pia religio telligiosa loquar
 Cerne sacruarius quam sit, Rex inclyte, cultus
 Ut celebret capris numina quisq; sui
 Alter subduplici Christi uult sumere corpus
 Et specie panis absq; cruore putat
 Ille satur decimo tandem uix esurit anno
 Aut nunq; aut non plus uiuere quando potest
 Permanet in signo sed tertius, & nihil ultra
 Quam panem & uinum perdocet esse merum

Sacratis alius tingi uult denuo lymphis
 Non intelle& tam firmet ut unda fidem
 Hincalius Diuos summo deturbat olympos, &
 Stertere in extreum somniat usq; diem.
 Ille dies omnes æquales blaterat esse
 Potibus haud festos, festa labore colens
 Arguit hic Canonem, fugit ille per omnia Missam
 Esseq; Blasphemans q; male garrit opus
 Hic Crucis euerit statuas ferit ille columnas
 In quis uel Mariæ mitis imago maner
 Hices Campanum demittit turribus altis
 Mortiferumq; fero pectore conflat opus
 Ille sacras lacerat uestes Mysteriis subinde
 Trudit in exilium remq; domumq; rapit
 Diripiunt alii miseri patrimonia Cleri
 Ingratusq; dei munera captat heres
 Adde q; innumeri miscentur sanguine iunctis
 Perficiuntq; magis q; sacra Iura uetant
 Vestales taceo sacris ex ædibus actas
 Atq; Sacerdotum connubiale nefas
 Vox me destituet si singula dicere pergam
 Et facies luctum iam lacrimosa dabit
 Tantis pressa malis & binis percita lustris
 Deprimor, & Troiæ tempore uista cado
 Te nunc sume Ducū, Te clementissime Regum
 Imploro: miseræ protinus adfer opem
 Te per Cæsareum fratris iubar oro beati
 Et per syderei splendida facta patris
 Per Cineres præstantis aui, qui religione
 An bello quondam nescio maior erat
 Te per materni manes patris obsecro, qui me
 Occiduis notam Gadibus esse dedit
 Nec tua quietiam possum benefacta filere
 Quis me uel misera semper & usq; foues

Orbis iampridem auspice te nouius ille repertus
 Ignotus, Christo militat ipse in eo
 Factogo, promoto habeo quæ te Duce fines,
 Quo simul & possim salua manere domi.
 Sicuti foelici tria stent Diadema fronte
 Pro meritisq; piis Thurca teratur atrox.

EIVSDEM AD GERMANIAM CARMEN.

Ecce tibi veniunt saui Germania Thureæ
 Ad sunt dissidiis dira flagella tuī
 Ut quæ Romanas coepisti spernere leges
 Barbarico discas subdere colla iugo.

SVNT inter imprimendū ob incuria, uel celeritas,
 tempotius, ii, etiores admissi. Eosq; in hūc locum
 libuit comportare.
 Folio. 2. versu. 25. lege religione pro religione
 Folio. 3. versu. 19. lege rasus pro rufus
 Eodem Fol. versu. 28. lege sacræ pro sacre
 Eodem Fol. versu. 33. lege fecit pro fecit
 Folio. 4. versu. 9. lege inquis pro inquis
 Eodem Fol. versu. 16. lege Hussa pro Hussæ